



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per  
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,  
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia  
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Quæst. 29. Qualiter concubinatus & concubinarius quis, & quæ dicatur  
concubina.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

Sic clerci contravenientes SS. Canonum hanc cohabitationem & conversationem prohibentium constitutionibus jubentur deponi, & fæmina à liminibus ecclesiæ arceri. *cit. can. clericus solus. can. clerici vel continentis. dist. 81.* Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, si ter monitus inveniatur loqui vel conversari cum fæmina suspecta de fornicatione cum eo, dicuntur excommunicandi, & fæmina canonice punienda. *cap. si quis b. t.* Mulier etiam, cum qua nimiam familiaritatem habet clericus, olim in monasterium detrudi debebat. *c. fraternalis. dist. 34.* Gloss. *fin. in c. 2. b. t. v. canonice.* Verum de his accuratiis paulò post, ubi agetur de pœnis concubinariorum, cum haec iam extendi videantur ad habentes etiam extra concubinatum cum istiusmodi suspectis mulieribus conversationem, dicente Trident. *sess. 25. c. 14.* probabet S. Synodus quibusunque clericis ne concubinas aut alias mulieres, de quibus haberri possit suspicio, in domo vel extra domum detinere aut una cum illis ullam confuetudinem habere audeant, alioquin pœnis à SS. Canonib[us], vel statutis ecclesiarum puniantur.

*Quæst. 28. Concubinatus & clericus concubinarius quis, & que dicatur concubina?*

R Esp. Concubinatus, de quo hic, est illicitus, frequentatus seu consuetudinarius concubitus cum fæmina aliqua soluta in domo sua vel alibi commorante. Farinac. *pr. crim. p. 5. quæst. 138. num. 3.* Et sic clericus concubinarius dicitur non tantum ille, qui mulierem talen domi retinet continuè instar uxoris, ut volunt jura civilia. Bartol. *in L. concubinam. ff. de concubinat.* Sed secundum Jus canonicum etiam ille, qui eam alibi habet, & continuam cum ea consuetudinem habet. Farinac. *loc. cit. num. 10.* Bellet. *disq. cleric. p. 1. §. 15. de discip. cler. num. 59.* Leo. *in thes. for. eccl. p. 3. c. 4. num. 27.* Barbos. *ad c. sicut. b. t. num. 3.* citans alios, Pith. *b. t. num. 13.* Unde jam etiam patet, quæ dicatur concubina. Neque hic faciendum discrimin, inter concubinam, focariam, meretricem, quæ qualiter alia juxta jus civile notabiliter differant. Vide apud me *for. benef. p. 3. quæst. 216. num. 5.* De cætero ad concubinatum in ordine ad pœnas incurriendas requiritur concubitus repetitus cum una vel pluribus, saltem bis. Pith. *loc. cit.* Reiffenstuel. *num. 13.* citans Nav. quem pro contrario citat Pith. cum in criminibus duæ vices sufficiant ad consuetudinem. *Can. uanos. 25. q. 2.* juncitā Gloss. *v. usum.* & L. deinceps. *C. de episcop. audient.*

*Quæst. 29. Qualiter concubinatus & concubinarius dicatur notorius?*

R Esp. Dicitur talis vel per sententiam definitivam vel confessionem judicialiter factam declaratus. Et hæc dicitur notoreitas juris, *c. ult. b. t.* Vel quando nulla legitima oppositione aut alia tergiversatione repetiti concubitus possunt celari. Quæ dicitur notoreitas facti. Vel dum post legitimas superioris sui monitiones mulierem scandalificam dimittere è domo sua non vult, aut negligit; vel in domo tertii detinere pergit. Quod factum ad notoreitatem præsumptionis, quæ ex

certis factis & circumstantiis quid à jure pro veritate habetur speclat, vide me *loc. cit.* Porro ad probandum plenè concubinatum non sufficit probare cohabitationem, sed ipsi concubitus probari debent. Neque etiam probatio de voce publica & fama. vide me de hoc pluribus *loc. cit. quæst. 217. num. 1.*

*Quæst. 30. A quo Judice crimen concubinatus puniendum?*

1. R Esp. primò: Non potest esse quæstio de clericico concubinario; cum certum sit illum de cætero ob alia non privatum privilegio fori quod ad personam à Magistratu seculari non magis ob concubinatum, quam ob alia crimina non excepta puniri posse; quia etiam, dum alias crimina sunt mixti fori, & est locus præventioni, id intelligendum in ordine ad laicos; cum crimina clericorum solum à Judice ecclesiastico cognosci & puniri possint. Delb. *p. 1. c. 10. dn. 1. f. 1. num. 31.* Unde remanet quæstio de concubinario laico & concubina clerici, ad quam

2. Resp. secundò: Concubinatus laici est delictum forimixti, & sic cognosci & puniri potest tam à Judice seculari, quam ecclesiastico, prout quis eorum prævenerit. Rationem dat Delb. *l. c. num. 23.* quia concubinatus (intellige etiam laici) aduersatur tam juri canonico quam civili, & ab utroque prohibetur Azor. *p. 2. l. 3. c. 53. q. 2.* dicens esse sententiam magis receptam. Bellet. *loc. cit. tit. defavore cler. real. §. 4. num. 52.* Vener. *in exam. epif. l. 3. c. 37. num. 99.* Bobadil. *in polit. T. 1. l. 2. c. 17. num. 53.* Felin. *in c. cum generale, deforo compet. num. 13.* Barbos. *ad Trad. sess. 24. c. 8.* & alii, quos citat & sequitur Delb. *loc. num. 23.* contra Abb. inc. cum generale. Vulpecium *in for. eccl. c. 41. num. 51.* Bermond. *tit. de pub. concub. vers. punitus. fol. 304.* Cuchum *infit. l. 2. tit. 6. num. 101.* Honor. *in decret. l. 5. tit. 26.* Megal. *in promptuar. vel causa spirit. num. 20.* & v. concubinatum. 10. Clar. *in pr. l. 4. v. fornicationum. 6.* & alios, docentes, concubinatum esse tantum fori ecclesiastici, eò quod à solo jure canonico prohibeatur & puniatur, ut Alex. *in L. ex facto. §. si rogatus ff. ad S.C. Trebell. num. 13.* Jo. Garc. *in rubr. eod. de secundis nupt.* Bermond. *loc. cit. fol. 391. num. 2.* Socin. *in L. cum avus. ff. de condit. & demonst. num. 65.* quorum sententiam satis probabilem dicit Delb. *l. c. n. 24.* Et ei favere praxin, quæ Judices seculares regulariter non puniunt hoc delictum, nisi quatenus requisti ab ecclesiasticis tanquam brachium secularis. De cætero ex eo, quod concubinatus sit delictum forimixti, recte infert Delb. *l. c. num. 28.* Prælatum ecclesiasticum non tantum tunc ordinarii posse illud punire, quando concubinarius ter monitus insordescit in peccato & excommunicatus in excommunicatione per annum, aut etiam concubina ter monita non resipiscit; sed & absolute.

3. Resp. tertio: Concubina clerici à Judice ecclesiastico puniri potest. Zerol. *in pr. episc. p. 1. v. concubinarii.* Bellet. *disq. cler. p. 1. de discip. cler. §. 15. num. 64.* Marth. *de juris d. p. 4. cas. 44.* & alii, quos citat & sequitur Barbos. *in c. si quisquam. b. t. num. 4.* Pith. *b. t. num. 6.* qui etiam ex Abb. *in cit. c. num. 4.* & Gloss. *in c. eos qui. dist. 32.* hanc dat rationem; quod, si fæmina